

PRAELECTIONES ACADEMICAS  
AESTIVAS  
RECTOR  
D. IOAN. CHRISTOPH.  
KOCHE

VR. PROF. ORD. ACAD. SYND. CONSIL. AVL. HASS.  
COM. PAL. CAES.

VNA CVM VNIVERSO

ENATV. ACADEMICO  
INDICIT

EASQVE SEDVLITATI

CIVIKIUM ACADEMIAE  
TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBLESIMORVM  
RITE COMMENDAT

P. P. VIII. APRIL. CIO IOCC LXV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

G I S S A E,  
EX OFFICINA BRAVNIA.



*In Facultate Theologica.*

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Academiae Senior.*

**L**ectionibus publicis in historiam ecclesiasticam seculi *XVI.* & *XVII.* circa medium superioris semestris ad finem feliciter perductis, *Polemicas* adornare cœpit in *Syllogen controversiarum Fechtianam*, quæ ita placuit celeberrimis quibusdam Ecclesiae nostræ Theologis, ut eadem ad tractandam Theologiam polemicanam, tanquam compendio accuratissimo, in usum disputationum & collegiorum privatarum uterentur. Has lectiones hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri bono cum Deo continuabit & ad finem perducere studebit. *Exercitium quoque disputatorium*, ut eo major ad lectissimos committones redundet utilitas, separatis quibusdam horis in eandem instituet. *Privatum in Augustanam Confessionem ejusque Apologiam* commentabitur, praemissaque utriusque historia singulorum articulorum analysis & exegesis propinabit, dubiaque a recentioribus quibusdam mota resoluet.

**D.**



## D. IO. HERM. BENNER

*b. a. Decanus.*

*Publice, exponet posteriorem ad Thessalonicenses epistolam;*  
*cum priorem iam pridem explanauerit. Privatum, notitiam*  
*salutis in nexus debito tradet, intra anni spatium absoluendam.* *Iuris quoque sacri potiora momenta, secundum ea,*  
*quae in locos communes coniecit, ad ductum appendicis articulorum Sinalcald. p. 340. si. illustrare conabitur.*

## D. IO. STEPH. MULLER

*Qui restant ex articulis fidei, dogmatis aequa atque pole-*  
*mice explicandis, eos ad finem perducet. Theologiam*  
*moralem, quam ipse edidit in lucem, iterum auspicabitur.*  
*In primis vero rogatus, commilitones examinando & disputando*  
*in rebus diuinioribus exercebit.*

*In Facultate Iuridica.*

## D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT

*Academiae Procancellarius.*

*Finitis praelectionibus in ius Germanicum priuatum & feu-*  
*dale, easdem iuris partes, vti & ius publicum, de integro*  
*exponet. Collegium praeterea elaboratorio-practicum in-*  
*staurabit.*

D.

# D. IO. CHRISTOPH. KOCH

*Jus naturae, Institutiones, Digesta* duabus pér diem horis,  
*& ius canonicum cum iure ecclesiastico protestantium docebit,*  
*nec eorum desideriis, qui disputare cupiunt, defuturus.*

*In Facultate Medica.*

# D. IO. WILH. BAVMER,

*Medic. Prof. primary.*

**H**or. X. antemer. Cel. Vogelii institutiones chemiae pri-  
uatum explicabit; experimentis chemicis simul subiun-  
ctis. Hor. XI. ip Cel. Boerhaauii aphorismos de cogno-  
scendis & curandis morbis publice commentari perget,  
& hor. II. postmerid. metallurgiam ad propria sua prae-  
cepta, dilucide proponet, & simul obiecta ad amoenam  
hanc disciplinam pertinentia, tam domi quam ruri, ad  
oculos demonstrabit.

# D. GEORG. LVD. ALEFELD,

*P. P. O.*

**Q**uas varijs aegritudinibus impeditus absoluere non  
 potuit, *institutiones* hac aestate ad finem perducet,  
*chirurgiam vero atque artem obstetriciam de nouo auspica-*  
*bitur.*

*In-*



*In Facultate Philosophica.*

**ERNESTVS THOM,**

*Prof. moral. atque iuris nat. & gent.*

**Ius naturae & gentium, doctrinam morum, politicam  
atque oeconomiam tradet.**

**ANDREAS BOEHM,**

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. O.*

**Scholas logicas, metaphysicas & mathematicas, vt & bi-  
bliothecam horis consuetis aperiet.**

**D. LVD. GODOF. MOGEN,**

*Professor Histor. Ordinarius, ordinis sui b. t. Decanus.*

**P**ublice c. TACITI libellum de moribus Germanorum,  
priuatim Claris. ACHENWALLI historiam statuum Eu-  
ropae, & B. SCHMAVSSII historiam Imp. R. G. exponet.  
In reliquis pro Auditorum desiderio se geret.

**IOH. GEORG. BECHTOLD,**

*vtriusque eloquentiae P. P. O. alumnorumque  
principalium Ephorus.*

**S**emestri aestiuo proxime sequente priuatim 1) fundamen-  
ta stili HEINECCIANA paeleget 2) artem orationis du-  
ce

ce B. CAROLO GOTTHELF. MÜLLERO tradet 3) HORĀTII poemata pérpetuis dissertationibus illustrare perget. 4) *exercitia disputatoria* in theologiam naturalem continuabit. Publice doctrinam *de numero oratorio auditoribus suis proferet*; alias quasdam horas scholis priuatissimis impensurus.

## D. GEORG. LVD. ALEFELD,

*Physicam dogmatico experimentalem & si desiderabitur, electricitatis historiam* tradet.

## IO. GEORG. HOFMANN,

LL. OO. P. P. O.

*Publice linguam graecam ita docebit, vt, praemissa breui huius linguae discendae methodi theoria, statim ad lectio-* nem auctōrum profanorum pergat. *Priuatim denuo Grammaticae hebraeae praecepta* tradet, ad ductum Grammati- cāe suae hisce nundinis in publicum emittendae. *Accentuum doctrinam* explicabit secundum regulas in calamum di- standas; cui iungeret *Chaldaismi biblici, & Syriasmī*, funda- menta. *Provectioribus Jeremiae Vaticinia* explicabit, iis, qui grammatica demum tirocinia superarunt, libros *Iosuae* &



& Iudicum; nec illis deerit, qui *Euangelistarum harmoniam* philologice illustratam, aut *Arabica* desiderabunt.

Draeter ista, Generosissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique palestra *Gallicae* item & *Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

